



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Iurisdictio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

IURAMENTVM IV.

*Quoad relaxationem.*

Iuramentum de non ludendo, non licet relaxari, eo solùm quòd iurans habeat magnam tentationem & desiderium ludendi. cap. 12. num. 11.

Iuramentum factum in utilitatem tertij, etiam principaliter propter Deum, potest remitti ab illo tertio. cap. 22. num. 25.

IURISDICTIO.

Habitualis confertur Sacerdoti de iure diuino per characterè Sacerdotalem: & sine hac non potest stare absolutio, neque iurisdictio actualis, quæ tamen non confertur ei tunc, sed ab Ecclesia. cap. 4. num. 1. cap. 27. num. 272.

Consuetudo potest dare iurisditionem in utroque foro. cap. 21. num. 21.

Peccat mort. qui iudex aliena utitur iurisditione, vel propria, sed extra suum territorium. cap. 23. num. 14. cap. 27. num. 8.

Iurisdictio à principe delegata, vel concessa, in perpetuum priuilegium, ratione dignitatis, vel alterius ordinariæ potestatis,

Gg 2 potest

potest alteri committi. cap. 27. num. 45.

Iurisdicção Prælati religionum, est quasi Episcopalis. cap. 12. num. 75. Iurisdiccionem nemo habet super se, neque Papa. cap. 26. num. 260. §. 4.

---

I V S.

**A** **I**ura inspiciunt magis mores quam entia. cap. 17. num. 40.

Ius diuinum non potest tolli à Papa in totum. Potest tamen ius diuinum naturale limitari, & declarari à Papa, quoad spiritualia; & ab Imperatore, quoad temporalia. cap. 27. num. 263. post medium, in nouo.

Ius Episcoporum potest à Papa restringi, iusta de causa in multis casibus. Sicut etiam ius absoluedi Sacerdotibus per characterem, collatum, iustè prohibitum est, ne veniat in actum, donec Ecclesia eis tribuat iurisdiccionem actualem. ibid. in Nouo.

**B** Ius nouum etiam Conciliorum potest limitari per antiquum, & vice versa. cap. 27. num. 265. in Nouo.

Iuris exorbitantia non est trāsferenda de alio in alium. num. 275.

**C** *Ius in re*, id est, *ius perfectum est illud, quod acquisitum est per dispositionem inter vivos, vel ultimam voluntatem, collationem, confir*